

1713.

1. Beccarius, Corpus Actuatus : De fundorum in sole primis  
v.g.
2. Friesen, Johanna Bernharda : De processu bennetoris  
Saxonico.
3. Friesen, Dr. Bernharda : ad lectionem in my. Christopheri  
Hasskerl invitatatio
4. Friesen, Joh. Bernharda : De actione aeris confusi-
5. Friesen, Dr. Bernharda : ad lectionem  
in my. Joh. Gottfr. Schmitti invitatio.
6. Gerhardus, Iphorium : De criminis et paenit. perjurii
- 7<sup>4</sup>.<sup>5</sup> Gerhardus, Iphorium : De Literis Dimissoriis appella-  
tionum. 2 Saalft. 1713. 1736.
8. Hamburgerus, Iam. And: De incendiis. Altera Disputatio
9. Stevogius, Dr. Philippus : De solario ex superficie praestando.



- 1713.
10. Stevogius, I. Philippus, Fac. ius. Decanus: Programma, lectionis auspicii Georgii Matthiae Hirscheri praemissum.
11. Stevogius, I. Hartmann: De arthritide ejusque reme ob' saccharo lactis
12. Niedelius, Georgius Wolfgangus, Fac. med. Decanus: Preceptio in iug: De Zytho scriptural (et Disputationem in iug. Tahanus horum: Balthasi invitat)
13. Niedelius, Georgius Wolfgangus, Fac. med. Decanus: De morte Nomini, in specie. Preceptio in iug: Disputationis solemnis Tahanus Samuellis Ledelii praemissum.
14. Wunder, I. Christoph: Dissertation, qua assertus. . . Catharinos in praecursores doctrinae purioris negare supprimere, neque corrumperet scriptores ecclesiasticos et profanos.
15. Wildwagelius, Christianus: De præda militari.



1713 -

16. Willeozelius, Christianus: *De iure Tabularum.*
- 17<sup>a</sup>.<sup>b</sup> Willeozelius, Christianus: *De exercitio iuris  
circa sacra cuncta Imperiali liberorum protestan-  
tium. 2 Sculp.*
- 18<sup>a</sup>.<sup>b</sup> Willeozelius, Christianus: *De supersta. . . 2 Exempt.*
19. Willeozelius, Christianus: *De cibis ob procissum  
non necessaria.*
20. Willeozelius, Christianus, Far. iur. decimus: *Dere per  
meliorationem deteriora redita. . . Proprietas / Tech-  
nus in magisteri Michaeli Martini v. Ziegelmeyeri pra-  
missum.*

2 Kinder: in der Privatbibliothek

39  
11111

DISSE<sup>TATIONEM</sup>  
DE  
**FEVDORVM**  
**INDOLE PRIMÆVA**  
ASSISTENTE DIVINO NVMINE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> AC DOMINO  
DOMINO  
**VVILHELMO HENRICO**  
DVCE SAXONIÆ IULIACI CLIVIÆ  
MONTIVM ANGARIÆ WESTPHALIÆQVE  
AC RELIQUA  
PERMISSV ILLVSTRIS ICC. ORDINIS  
SVB PRÆSIDIO  
**CASPARIS ACHATII BECKII**  
IVRIVM DOCTORIS ET CVRIÆ PROV. SAXON.  
ADVOCATI ORDINARII  
IN PVBLICO AVDITORIO  
PLACIDÆ COMMILITONVM DISQVISITIONI  
SVBIICIT  
**CAROLVS HENRICVS HEYDENREICH**  
Tänstadio - Thuringus.

IENÆ ad D. XXX. SEPTEMBR. MDCCXIII.

LITERIS VVERtherianis.



## Respondentis Corollaria.

### I.

Vbi respublica feudali nexu deuincta est,  
& contraria mandant summus ciuitatis rector  
simulque vasallus, & feudi dominus, illi po-  
tius obediendum est.

### II.

Etiam feudi dominus committere potest  
feloniam: attamen falsum est, quod vulgo af-  
seritur, dominum & vasallum obligari ad  
paria.

### III.

Communi opinioni, feuda pecuniaria Lon-  
gobardorum moribus incognita esse, subscri-  
bere non possumus, quippe cum expresso textu  
habeatur contrarium.

### IV.

Mendozae aliqui pro conciliatione quo-  
rundam iuris Longobardici capitulorum distin-  
guunt, inter feuda data seu beneficiata, atque  
oblata: quoniam haec plane ignorat Longo-  
bardus.

### V.

Rusticus & plebeius homo feudum pro-  
prie sic dictum concedere nequit. Hinc mi-  
nus recte vulgo asseritur: quod, quicunque libe-  
ram

ram habet rerum suarum ad iustificationem, illa etiam feudum constituere possit.

VI.

Vassalus defensionis causa dominum vita priuans, delictum feudale non committit.

VII.

Cum vidua vel sponsa domini rem habens  
vasallus, beneficium perdit.

VIII

Contra parentem suum ne quidein per substitutum vasallus it <sup>sic</sup> et dominum feudi.

IX

Feuda conditionata, ac feuda propria referri debent.





36 (1) 56

Q. D. B. V.

CAP. I.

## INSTITVTI RATIONEM ET VSVM EXHIBENS.

§. I.

**D**EVS ipse, quo nihil est maius, sine quo nihil est omnino magnum, dum potest omnia, non tamen omnia per se agit; sed natura velut ministra, & rerum causis secundis, tanquam instrumentis decretorum suorum vritur, ad conservationem, ordinem, & ornatum huius vniuersi. Tantum igitur magis conuenit, quia plane necesse est, mortali principes iisdem, vel similibus vti institutis, atque in curanda feliciter publica salute, aliorum consilia prudentiamque vocare in subsidium. Quoque laxior est respublica, eo minus potest imperantium & parentium ordo, per quem ciuilem felicitatem comparari constat, haberi aliter, quam vt imperium per plures veluti canales diffundatur, & quum superesse rebus omnibus

Bonum imperium nulla re magis indigeret, quam bonis administris.

A solus

solus ciuitatis rector nequeat, aliū in partes curarum assumantur, quorum sapienti ministerio magnam illam imperii molem leuorem reddere liceat. Pauca enim aliqua vnuſ videat, vnuſ audiat: at esse debent multi regis oculi, & multæ aures. Hanc ob rem etiam, in omni republica bene constituta, præcipuum principis opus est, & quasi *regie prudentia* caput, adfiscere pietate meritisque graues viros, quippe sine quorum autoritate & diligentia stare illa minime potest. Sane quemadmodum nauis sine gubernatore, & eorum, qui vices eius subeunt atque explent, auxilio, euidentissimis subiacet naufragii periculis: ita haud absimili ratione ciuilis societas, siue pacis siue belli tempora ac negotia spectes, non nisi officialium, prudentia virtuteque & animo præstantium, consilio & opera, consistit; neque tranquilla pace frui potest, nisi præsideant, qui totam rem ciuilem, publicam & priuatam, circumspecto iudicii oculo complectantur. Optime hanc in rem *Justus Lipsius*, sed ore, vt solet, veterum scriptorum, ex quibus incredibili artificio, ac paucis imitabili exemplo, suum hoc elaborauit opus, *Politicorum Libro III. cap. 3.* loquitur: *Non aureum illud sceptrum est, quod regnum custodit, sed copia amicorum, ea regibus sceptrum verisimum iutissimumque;* & paucis interiectis, *non exercitus,* ait, *neque thesauri presidia regni sunt, verum sapientes prouidique rerum ministri.* Idem eleganter omnis grauioris prudentiae parens ille *Tacitus*, in suis monumentis expressit, *in summa, inquiens, fortuna plura auspiciis & consiliis, quam telis & manibus geruntur.* Compara, si videtur, *Hermannum Conringium, de boni consiliarii in republica munere.*

§. II.

## §. II.

Quæ cum ita sint, dignissimo factum esse reputari debet instituto, quod iura officialium, ciuilium pariter ac militarium, publicis scriptis tradiderunt quedam egregia ingenia, eademque vel in Germania nostra, vel exteris regnis nata. Verum tamen, quia hacenitens nemo, quod sciam, scriptorum repertus est, qui vel nostra tempestate, vel superioribus seculis explicatum dederit, quam multis in rebus paria ac fere communia intercedant ciuilis societatis administris, cum vasallis, iura; idcirco vacuam istam prouinciam ego duxi occupandam. In hac autem ornanda ita me geram, ut principio luculenter ostendam, antiquissimis temporibus omnes vasallos, proprie sic appellatos, principum ministros fuisse, & officiales.

Ministri  
censemur  
iure vasal-  
lorum.

Deinde vero iusto catalogo caussas exponam, ex quibus nostræ tempestatis vasalli, diuerso ab officialium iure, vti coepirint.

Postea distincte monstrabo, multas admodum, vt fieri solet, in personis ministrorum publicorum superesse ac cerni posse, tum prisci iuris vasallitici reliquias, tum hodierni quoque figuræ speciesve.

Quam ob rem per singula ibo eademque potiora feudalis iuris capita, secuturus quidem hac parte vestigia præceptoris quondam desideratissimi, illustris *S. Muelis Strykii*, inter beatos multo nunc clarius fulgentis.

## §. III.

Neque etiam, si quid iudicamus, sua tractationem istam destituet utilitas. Etenim ubi monstratum fuerit, in quam plurimis iuris articulis eadem, vel sal-

Illius veri-  
tatis cogni-  
tio non v-  
num præb-  
erit utilitatis  
fructum.

tem paria esse ministrorum cum vasallis iura , pri-  
mum, quod inde resuluet, erit commodum, vt intelliga-  
mus, obligationes atque actiones, quin & controvier-  
sias officialium *in dubio* ex iure feudali, & in primis an-  
tiquo illo & genuino, quo de plura in sequentibus dice-  
mus, iudicandas esse ac decidendas : quod argumenti  
genus in grauissima questionis definitione laudat etiam  
*Hector Capcius Latro, JC. Neapolitanus, Decis. XXVI,*  
*n. 6. itemque Decisione LXXXII, n. 53. & 55.*

Deinde quoque in explicanda ipsa feudalis juris  
nobilissima doctrina, quam non exiguum iuris, publici  
& priuati, partem absoluere facile constat, haud sper-  
nendo vsui esse praesentis argumenti cognitionem posse,  
me pariter ac meos ipsa res hactenus condocuit. In-  
numera quippe sunt illius iuris instituta ac placita, pro-  
vt non vnum eius rei specimen in sequenti occurret  
tractatione, quorum & origines & caussas ex officialium  
iure non intelligere tantum , sed & elegantissime de-  
monstrare possis.

Adhaec, quemadmodum nostra tempestate tan-  
tum non apud omnes, certe saniores, iuris publici con-  
sultos in confessu est, quod quidem ipsa etiam expe-  
rientialia loquitur, ab antiquo statu reipublica tum Ro-  
manæ, tum Germanicæ, quatenus hæc sub Francorum  
spectatur regimine, praesentem Imperii nostri formam,  
& aliis multis nominibus, & cum maxime eam ob rem  
insigniter discriminari , quod illis temporibus omnis  
procerum potestas fuit administratoria, cum e diuerso  
hodie, non iure magistratus, nec ex concessione Impe-  
ratoris speciali, sed iure suo proprio, & territorio ipsi  
inhærente , Status ac Principes nostri omne exerceant  
impe-

## DE INSTITVTI RATIONE.

imperium : Ita haec tenus isti quoque veritati nostrum inservitrum esse institutum credimus, vt & ipsas illarum rerum origines, ac velut incunabula, penitus detur cognoscere, & quos progressionum gradus habuerit illa mutatio, quibusve rebus nostrates regionum Domini, ab illis prouinciarum praesidibus, atque praeorio vrbique praefectis, differant, paullo distinctius sit ad intelligendum.

Ad extreum, quum in illustri hac, & latissima Musarum sede, permulta existant generosæ prænoblesque animæ, quas spes fouet pulcherrima, fore, vt toto legitimo studiorum cursu peracto, possint etiam rempublicam in partibus eius sibi credendis gubernare, vel in gratiam eorum, qui nostras frequentare amant scholas, hoc, quidquid est, scriptio[n]is libenter suscepimus, vt discerent quodammodo, quæ reipublicæ administrorum partes sint, antequam illorum personas representare gefiant. Per magni etenim refert, vt ascensurus ad ciuitatis administrationem exploratum habeat ius & rationem sui officii. Sæpe magistratum & officiorum sunt candidati, qui, quod petunt, non intelligunt; discere regendi artem & ministerii partes volunt, dum regendum est. Turpe sane est, teste *Cicerone*, eius prouincia, quam quis regendam procurandam suscipit, iura ignorare.

Tuò autem, o! magne DEVS, supremo Numini supplex adiuuor, da, res nostras omnes vergere in maiorem egregii publici utilitatem! Da, recte credendo, iuste agendo, docendoque, Tibi posse placere!

QVO TAM EX SIGNIFICATIONE  
VASALLI AC FEVDI, QVAM EX IPSIS  
RERV M ARGUMENTIS PROBATVR,  
QVONDAM EOSDEM FVISSE ET  
VASALLOS ET REIPVBLCIAE  
MINISTROS.

## S. I.

Priscis tem-  
poribus va-  
salli erant  
ministri pu-  
blici.

**N**unc ad rem ipsam aggredior. Refert autem in ipso quasi limine animaduertisse, quod, vbi primaeum suam indolem retinuissent feudo- rum instituta, superuacanea videri posset, quam in deducendis communibus ministro- rum cum vasallis iuribus, in praesenti susceptum imus opera. Etenim indubitate apud me veritatis res est, iamque ante hoc biennium in *Specimine primo, Positio- num ex iure vario*, publice proposita, antiquissimis tem- poribus omnes vasallos, proprie sic dictos, rerum publi- carum fuisse ministros, eademque fere per omnia r̄sos conditione, cum optimatibus nosfrorum principum; siue hi in sago, siue in toga, atque quod ad hanc attinet, siue in aula, siue in foro & cancellaria, siue in eccllesia mereant ciuitatis stipendia, vel etiam in quacunque alia ciuitatis procuratione conficiantur. Consulto au- tem loquor de vasallis *proprie sic dictis*, vt hinc facile appearat, ab his inequali feedere nexos, alteriusque maiestatem comiter venerari obstrictos, itemque pro- tectionis beneficio deuinctos, neque minus homines tributarios, ac subditos denique, sollicito finium re- gun-

## DE SIGNIFICATIONE VASALLI AC FEVDI.

7

gundorum iudicio, nos cupere discriminatos, prout  
ipsis quoque rebus illi, a vasallis iuxta ac inter se inui-  
cem, plurimum distinguntur.

### §. II.

Ne autem quis gratis hæc affirmari, aut vanarum  
nos rerum imaginibus ludere, arguere possit, age, rem  
omnem luculenter dabimus confirmatam, argumentis  
quidem partim ex antiquissimis rerum feudalium voca-  
bulis, partim vero ex Longobardorum placitis, quate-  
nus in his paucæ quædam primæjuriæ reliquæ occur-  
runt, aliisque vetustioribus monumentis ac formulis  
desumendis.

### §. III.

Tanto autem libentius a priscis beneficialium re-  
rum appellationibus exordia tractationis necimus,  
quanto in vniuersum verius esse putamus, quod princi-  
pium eruditionis cuiusque sit nominum trutinatio,  
quodve nemo verborum ignarus ad penitorem rerum  
cognitionem peruenire possit, quoniam rerum ac idea-  
rum velut vehicula sunt verba. Recte, nisi me omnia  
fallunt, iudicio, insignem post alias caussam esse affir-  
mant eruditii quidam viri, quod iuris Romani sancta  
non ab omnibus, illico cum leguntur, intelliguntur,  
nimis quia plerique adsueti sunt vulgaris illius &  
quotidie occurrentis sermonis, proprietates autem lin-  
guæ Latinæ, phrases & idiotismos clarissimos non per-  
cipiunt. Inde sit, vt obscuritates, si quæ occurrunt, in  
ipsius rei, vel scribentium culpam reiciant, quæ in-  
scientiæ non asequentium assignandæ fuerant. *Gratu-*  
*lari etiam legibus nostris capi*, inquit Gothofredus, *qua-*  
*tam eruditos interpretes nactæ essent, qui eas omni illa*  
*buma-*

Argumen-  
torum fon-  
tes ad istam  
rem.

Initium ali-  
cuicis scien-  
tiae est in-  
tellectus  
vocabulo-  
rum.

*humaniorum litterarum face, quibus ipsi illustres sunt, collustrare possent: sine quo certe genuinam iurisprudentiae imaginem, singularumque constitutionum sensum nullus unquam plene assequatur. Iacobus Gotfredus, Dissertatione de electione magistratus inhabilis per errorrem facta, in principio, & passim alibi.*

## §. IV.

Ad plenioram feudalis iuris cognitionem noua quasi lingua opus est.

Si itaque nemo quisquam potest artem intelligere, cuius ignorat linguam, si nemo in re obscura veram ducere valer rationem, cui vix sensus communis est integer, quemque fugiunt significaciones verborum: eodem quoque, si quia ~~convenit~~, modo, in iure feudali res se habebit. Immo o quidem persuasissimum habeo, tum longam etatem verba feudalia corundemque significaciones valde obliterasse, tum illorum cognitione veterum verorumque institutorum scientiam, magnam partem esse comprehensam. Et placent propterea mirifice, qua habet celeberrimus scriptor, *Morboſius, Polybiſt. Tom. III. Lib. VI. Sect. VII. §. 17.* Ad iuris feudalis, inquiens, intelligentiam pleniorem noua quasi lingua opus est: nam auctores mediae etatis, de quorum fontibus petendum est illud ius, suos quosdam terminos habent, quos nemo intelligit, nisi qui lectioni istorum librorum est assuetus.

## §. V.

Valent in arte nostri iuris petit ab etymologia argumenta.

Ad probandam igitur incrustandaque illam assertionem, videlicet: *antiquissimis temporibus* (certi enim & determinati temporis principium seu punctum ponere non licet, quod consuetudini natales debet feudale ius, istius autem fere semper latent initia, quia scilicet vires acquirit eundo, quæ non facile, nisi ea adulta

&amp;

## DE SIGNIFICATIONE VASALLI AC FEVDI. 9

& firma sit, sentiuntur) omnes vasallos, vere tales, reipublica fuisse administratos, neque distinctos ab eis, qui vel in sagu vel in toga ciuitatis stipendia meruere, principio ad etymologiam vasalli prouoco. Et quamquam non ignoro, argumenta a nominis ratione desumpta in scholis iureconsultorum alias suspecta haberi: tamen in eruendis enodandisque rerum antiquitatibus, multum in verborum natalibus ac originibus praesidii positum esse, vel hinc probo, quod sumpenumero accidit, vt, licet aliqua res a primaeua sua indole naturaque insigniter deflectat, tamen primigenium suum nomen constantissime retineat, cuius dein cognitio ad penitiorrem ipsius rei intellectum manu velut nos ducere possit; quandoquidem hunc usus populi nunquam fere ita tollit, ac quasi delet, vt originis nullum vestigium in vocabuli significatione reperiatur. Itaque tum demum secure adquiescimus, vbi cum prisca notione rei, notionem nominis conuenire deprehendimus. Sunt enim nomina rerum velut symbola, hoc est, signa, & quasi tesseræ; estque etymologia quasi veriloquium seu veriuerbium: ita quidem, vt, nisi quid aliud reclamat, a qualitate nominis ipsa rei probatio & demonstratio desumi cum ratione possit. Hinc ex tribus perfectam cognitionem parari scribit in *Epinomide Plato*, si substantia, si nomen, si definitio cognoscatur. Substantiam intelligens, siue essentiam, qua quæque res est, nomen, quo notatur, definitionem, qua quid sit, explicatur. Adeat, qui volet, *Scip. Gentilis Originum ad Pandectas Librum singularem*, iungatque huic *Io. a Reberteria, IC. Turonensem, Topicorum Iuris Libr. I. cap. 4.*

B

§. VI.

Vassalli no-  
men di-  
minutum est  
vocis vassii.

Nolo autem prolixior esse, in exhibendis omnibus, iisdemque diuersissimis Doctorum, circa originationem vocabuli *Vassalli*, sententiis, maxime quod ab aliis iam plus satis hoc actum esse, neminem facile, nisi omnium rerum feudalium ignarum, fugere possit. Magis e re fuerit, statim quid verum nobis videatur adduxisse. Quemadmodum autem in Latio non natam, sed barbaro-Latinam esse istam vocem, apud omnes, nifallor, in confessio est: ita apud me quidem penitus expeditum, quod *Vassalus* (sic enim secundum antiquas formulas scribendum) diminutuum sit vocis *vassus*; quodve *vassalli* a *vassis* aliquando hoc pacto fuerint distincti, vt vassi essent immediati, & maiorum ordinum officiales, vassalli autem mediati, & inferioris communitatis clientes, quos hodie subvassallos dicimus. Suffragatur hac parte nobis illustrissimus archiepiscopus Parisiensis, Petrus de Marca, in, de Concordia Sacerdotii & Imperii, nobilissimo opere, Libro II. c. III. §. 1. ubi scribit: *Guillelmum, Dominum Montispesulanum, ecclesie Romane secundo feudi gradu subiici: vassum esse ecclesie Megalonensis, & Romanae vassallum.* Interim hanc differentiae rationem non perpetuam fuisse, sed mox promiscuum fere istorum vocabulorum usum, in primis autem Germaniae, aliisque vicinis populis, diminutuum magis placuisse, & generalius acceptum, & solum fere recentum fuisse, ex antiquis litterarum monumentis praeclare doceat infinitae lectionis scriptor Carolus Canarius, in Glossario ad scriptores media & infima Latinitatis, voce, *vassus*.

DE SIGNIFICATIONE VASALLI AC FEVDI. II

§. VII.

*Vassus* autem, rescissa terminatione Latina, idem est, ac *Was*, *Vas*, vel *Gvras*, quæ dictio, inter gentes septentrionales vicinasque, nihil aliud quam *ministrum*, vel *famulum* significabat, prout videre utrumque est apud Boxhornium, in Lexico *Gvrallico*, seu *Cambro-Britannico*, & auctorem *Catholici Armorici*. Consulas laudatum *Dufresnum* citato loco. Quando autem a voce *Was* seu *Gvras*, vt dixi, est diminutivum *Wassel*, seu *Wassel*, *Guassel*, istoque, in primis lingua Gotho-Suecica, etiam nunc denotatur *homo obnoxius*, ac *pro alimonia*, seu *stipendio*, aut *mercede certa seruiens*, teste grauissimo IC. Sueco, *Stirnbeckio*, de *Veteri Iure Suec. cap. VI. pag. 277.* plena euidensque est illius vocabuli etymologia, & nostram quoque assertionem pulcherrime confirmat. Addit etiam plenum eidem calculum *Io. Loccenius in Lexico feudalii*, voce, *inuestitura*. Vide quoque *Henr. Spelmannum in Glossar.* voce *Wassel*.

§. VIII.

Ceterum vt veritas illa tanto magis collocetur in tuto, iuuat ex infinitis propemodum prisci ævi monumentis, vnum saltem alterumque protulisse in medium, quo luce velut meridiana reddatur clarius, constanti etiam veterum scriptorum loquendi vsu, *vassos* ac *vasallos* significasse, quos hodie *ministros*, *officialesque* appellari, loquendi iubet mos. Sic in *Capitularibus regum Francorum Lib. II. cap. 14.* habetur. *Vassi* quoque & *vasalli nostri*, *nobis & nostra coniugi famulantes*, *volumus ut condignum apud omnes habeant honorem*, *sicut a genitore nostro*, & *nobis sepe admonitum est*. Et *Lib. IV. cap. 69.* dicitur: *Vassi vero nostri & ministeriales,*

*Vassi vox a-  
pud septen-  
trionales po-  
pulos signi-  
ficabat mi-  
nistrum.*

*Eundem  
vassi signifi-  
catum anti-  
que formu-  
lae testantur.*

les, qui missi sunt, ubiunque venerint coniectum (id est,  
 conuictum, collectas seu contributionem) accipiant.  
 Porro in concilio Cabilonensi II. can. 63. ita decernitur:  
*Nullus vassus abbatissae, nec minister aliquis, nec clericus  
 nec laicus, claustra ancillarum Dei ingrediatur.* Consimiliter continuator Aimoini Lib. V. c. 1. ordinavit, inquit, rex per totam Aquitaniam comites, abbes, nec non alios plurimos ministros, quos vassos vulgo vocant.  
 Plura hanc in rem testimonia desiderantem ablegamus ad Dufresnum citato loco, vbi ea plena congregit magna, & inter alia quoque ex antiquis formulis obseruat, vasallos, chartas dominorum suorum subscriptentes, plerumque adiecissem ipsam vasallagii sui dignitatem, plane ut nunc etiam nomen & characterem officii sui subiicere litteris solent principum ministri. Vnum hoc addidisse non piget, quod apprime eleganter in nostram sententiam laudatus auctor dicit: *Vassi & vasalli primitus fuerunt, quos familiares, (nobis Bediente) atas posterior appellauit, seu domesticos, & qui ex regia, aut alicuius principis familia erant.* Vnde etiam diplomatibus ac priuilegiis principalibus frequenter additum cernimus, rem esse gestam ex consilio vassorum ac ministrorum. Compara Friderici a Sande Commentarium in Gelria & Zutphanie consuetud. feudal. Tractatu Pralim. cap. III. n. 19. Spelmannum in Gloss. voc. minister. vbi ad calcem charta Edredi, Magnæ Britanniæ Regis, anno Dom. DCCCCXLVIII. habetur: *Ego Harceus minister interfui. Ego Sigeus minister auscultani. Ego Athelbertus minister aspexi.*

§. IX.



Nunc ad *synonymiam* aggrediar, quidve hinc etiam nostra assertio lucis fœneretur, paucis monstrabo. Sunt autem diuersa admodum eorum, qui res in feudum accipere solent, nomina. Frequentissimum est, atque in vulgus etiam notum, illos appellari *milites*. Atqui *militis* vocabulum apud antiquos scriptores non illis tantummodo tribuitur, qui castra sequuntur, armorumque virtute patriam defensum eunt: sed immo militum genera duo esse constat; quidam sunt, qui armis tueruntur rempublicam; quidam, qui in defensione ciuium in iudiciis, in professione bonarum artium, aut quacunque alia administratione publica, sine armis, eandem operam nauant reipublica. Qui igitur principi in quolibet officio, seu in qualibet dignitate, palatina, ciuili, aut militari, deseruiebat, ei militare dicebatur, eiusque esse miles. Atque ista notione hanc vocem capiendam censuerim in vetustioribus regum Anglo-Saxonum chartis, quæ subscruntur a variis proceribus, post episcopos, duces & comites *cum militis titulo*; adeo, ut liceat conicere non alios fuisse, quam officiales domus augustæ, qui in aliis ministri appellantur; quæ postrema verba sunt litteratissimi *Cangii*. Confusat etiam, qui volet, legem 14. *Cod. de Aduocatis diuersorum iudiciorum*, adeatque summos viros, *Hugonem Donellum*, *Commentar. Iuris Ciu. Lib. VI. c. 18.* *Iac. Gorbofredum*, in *Notitia Dignitatum*, eundemque in *Commentariis ad integrum Librum septimum Cod. Theod. Rbetium*, in *Comment. ad Ius Feud. tit. XXI. & XXII. S. R. I. Lib. Bar. de Lyncker, de Militia Togata.*

Miles, vasalli synonymum, ministerium seu officiale signat.

Vassallum  
Latine lo-  
quentes et-  
iam benefici-  
arium ap-  
pellant: hic  
vero idem  
qui alterius  
adscriptus  
ministerio.

Alterum vasalli synonymous, quo quidem Latini  
purique sermonis auctores vtuntur, est *beneficiarii* ap-  
pellatio. Tralatitium vero est, Romanis, post alias  
huius vocis acceptiones, *beneficiariorum* nomine veni-  
re, tum qui promouentur, hoc est, qui vel in palatina,  
vel in armata militia ad aliquem honoris gradum ascen-  
dunt; tum etiam qui ministri sunt maiorum magistratuum,  
proconsulum, legatorum, praesidum; quos ea  
ex re *magistratus beneficos* appellari moris erat. *Quin*  
& ipsos quoque prouinciarum administratores & magi-  
stratus ceteros, bona, agros, & praedia a principe ha-  
bentes, *beneficiarios* audiuisse, fidem faciunt tradita a  
*Gultero, de Officiis Dom. Aug. Lib. I. c. 37.* cui iungen-  
dus est prælaudatus *Gothofredus ad legem 2. Cod. Theo-*  
*dosi. de Falsa moneta.* Qua bellicos officiales illustria  
in primis in hanc rem loca sunt *Cesaris, Lib. de Bello*  
*Civili. I.* Petreius vero non deserit se, armat familiam  
cum bac & Praetoria cohorte cetratorum, barbarisque  
equitibus, pancies beneficiariis suis, quos custodie causa  
habere consueuerat, ad vallum aduolat. Item *Lib. III.*  
*Euocatorum* circiter du<sup>m</sup> illia, que ex beneficiariis su-  
periorum exercituum ad eum conuenerant, que tota acie  
disperserat. Quos his locis *beneficiarios* appellat ele-  
gantissimus scriptor, eos, ut hoc cursim admoneam,  
*Commentariorum Libro VI. ambato*, clientesque nomi-  
nat: Alterum, ait, genus est equitum, ii cum est usus,  
aut aliquid bellum incidit, omnes in bello versantur, at-  
que sorum, ut quisque est genere copiosus amplissimus,  
ita plurimos circum se ambato clientesque habet: hanc  
unam gratiam, potentiamque nonerunt. Vbi & hoc  
sub-

subiiciendum est, Ambactos Celtica lingua fuisse, qui nostra dicuntur Beambte, hoc est, officiales. Vide sis omnino Schilterum ad Ius Feud. Alem. cap. CXII. de feudo ambachtie.

## §. XI.

Nouum vero, idemque valde perspicuum, est huius generis argumentum, quod rerum feudalium, scriptoribus passim quoque ministeriales, quin & diserte ministri, appellari solent vasalli. Ita ipsa Friedericus, primus id nominis Imperator, in Constitutione de pace tenenda, quæ habetur II. feud. XXVII. §. penult. sancit: Si ministeriales alicuius domini inter se guerram babuerint, comes sine index, in cuius regimine eam fecerint, per leges & iudicia ex ordine prosequatur. Adde eiusdem Augusti constitutionem aliam, quæ est libro quinto de feudis, a Iacobo Cuiacio, ex variis Imperatorum feudalibus sanctionibus, confecto, Tit. X, in principio, ubi consimili significatione ministerialis vocabulum iterum iterumque occurrit. Evidenter vero idem colligere est ex capitular. Franc. Lib. IV. c. 69. ibi: Vassi vero nostri & ministeriales, qui missi sunt, ubiquecunque venerint, coniectum accipient, hoc est, iure albergarie (quod vocant Atzungsgerechtigkeit) & libero coniunctu, gaudeant. Hunc locum vberius declarat, & simul quoque in praesentem rem pulchre testatur charta comitis Lutzenburgici, de anno MCXXXV, pro monasterio S. Maximini Treuir. ibi: Accepimus igitur per sententiam, quod equos eorum, qui ministeriales sunt, & ius ministerialium a predecessoribus suis, integritate generis & conditionis obtinuerunt, illi qui ad hoc officium infecdati sunt, circa nonam aduenientis festi in quoddam

Vasalli dif-  
ferte mini-  
stri appel-  
lantur &  
ministeria-  
les.

pratum deducent, & usque ad nonam sequentis diei, vel  
 quamdiu abbas ipsos ministeriales detinere voluerit, cu-  
 stodient, nullum pabulum eis debetur. Ministerialis, si  
 cum uxore sua venerit, XII. panes, VI. sextaria vini, o-  
 uem unam recipiet. Si autem sine uxore venerit, cum  
 abate ipse & famili su, qui duo tantum vel tres esse  
 debent, comedet. Similiter apud Spelmannum in plu-  
 ribus monumentis ministri regii, itemque ministeriales  
 appellantur, qui alias comitum ac vasallorum nomine  
 venire solent. Et Flooardus Lib. I. c. 20. Sape, ait,  
 iustitiam apud ministeriales regios sibi fieri petiit, nec ob-  
 tinere potuit. Respicere supra §. VIII. & IX. notata.  
 Spectat quoque huc locum Lehmanni, cordatissimi illius  
 historici, qui habetur, Lib. II. cap. 14. Chronicis Spiren-  
 sis, quod merito ac iure optimo Germanicum appellari poterat, ubi, postquam de officialibus regum Fran-  
 corum verba fecit, sequentia addit: Insonders wenn die  
 ordinari Landgerichte bin und wieder im Reich gehal-  
 ten worden, haben gemeinlich die ministeriales oder  
 Vasilli dominici, königliche Hofdiener, an statt des Königs  
 das richterliche Amt besessen. Confer. etiam Frid. a  
 Sande, ad Confuet. feud. Geld. Tract. pralim. cap. III.  
 num. 12. ut & illustre quondam Prytanei nostri decus,  
 Georg. Adamum Struinium, in Syntagma Iuris Fendal.  
 cap. I. Apb. IV. n. 5. ibi: Quamuis igitur ob prestatam  
 fidelitatem & fidem exhibendam prouincius duces & comi-  
 tes prefecti, ac ipsis ampla feuda concessa fuerint: attamen  
 ex antiquis scriptoribus apparet, ducibus & comitibus tum  
 temporis non dominium quoddam in integras prouincias, &  
 regalia tributa omnia, sed eos solum gubernatores pro-  
 uinciarum, & ministros Regum ac Imperatorum fuisse.

Ex

Ex his vero manifeste liquere arbitror, tum quod vetus in monumentis *ministerialium* quoque, & *ministrorum* nomine venire expresse soleant vasalli; tum vero, quod *ministerialis* non solum maiorem aulæ seu palatii principalis officialem, velut per eminentiam, denotet, verum Martis quoque alumnū, adeoque omnem illum, qui in potentiorum familia, munere & procura-  
tione aliqua fungitur, significet: ut tamen non nunquam etiam aliter voculam illam accipi propterea mi-  
nime inficiemur. Vide preclarissimos iureconsultos,  
*Hulder. Eybenum, Electorum feudalium cap. IX. §. 1.*  
*not. G. & Io. Nic. Hertium, Opusculorum Vol. I. Tom. II.*  
*pag. 176. itemque 386.*

## §. XII.

Afferuimus itaque genuinam atque primæuam *Vasalli* significationem. Liceret autem per materiae vberatatem longius texere istam telam, si per tuam quoque, beneuole Lector, idem liceret patientiam. Sane enim facili monstrari posset negotio, nihil quidquam a superioribus alieni, aut discrepantis rei inferre, vocabula *clientis*, *clientuli*, *fidelis*, *deuoti*, *sodalis*, *satellitis*, *fa-  
miliaris*, *ambacti*, *soldarii* seu *solidati*, *ligii*, *hominis*, *famuli*, *feodalis*, *officiarii* seu *officiati*, *Lebnmann*, *Dienst-  
mann*, &c. nisi quidem vel ipsa harum appellationum, vnaque superius dictorum, loqueretur & clamaret quasi eidentia, claudique hunc quidem iuberet riuum.

De aliis va-  
fallorum  
appellatio-  
nibus stri-  
ctius.

Vnum tamen, antequam istam tractationem relinquam, mihi nescio annon magnopere agendum sit, videlicet, ut veniam gratiamque, si quid in eo erratum sit, postulem, quod cum illis mediæ Latinitatis scriptoribus de summis etiam rerumpublicarum administris

C lo-

Ioquens, eorundem, pro argumenti mei ratione, retinuerim appellationes, quamvis excellentissimis horum personis, siue Romanum specetes stylum, siue hodiernum loquendi usum, minus conuenire videntur. Et enim nullus ignoro, ipsos Romanorum Imperatores amicos vocare, qui sibi erant a consiliis; quomodo etiam Diui Fratres in lege 17. D. de iure patronatus, Volumnium Macianum, atque Saluium Iulianum, aliosque iureconsultos, suos amicos nominant; itemque Imperator Alexander in lege 4. Cod. de contrab. & committ. stipulat. Domitium Vlpianum, praefectum annonæ & iurisconsultum, amicum suum appellat. Confido autem tanto magis istiusmodi locutionibus commodatum iri veniam, quanto facilius est, infinitis propemodum monistrasse exemplis, verborum significationes progressu temporis immutari. Vnde poëta Venusinus, in libro de arte poëtica, haud inueniuntur canit:

*Multa renascuntur, que iam cecidere, cadentque  
qua nunc sunt in honore vocabula, si volet usus:*

*quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.  
Sic ipsum Ministro vocabulum, in hoc quidem eminentiore significatu, quo hodie in curiis receptum est, prisca secula non usurparunt, sed Gallia potissimum haud ita pridem inuenisse videtur, vnde ad alias postmodum res publicas transit: & utrum initio denotabat solum intimum & plerumque unicum aliquem status consiliarium, qui Domini amicitia eo fuerat electus, ut super rebus rempublicam proxime & directe concercentibus, praecipue autem super sacris regni, arcanisque praesidiis & instrumentis, quibus ista moles sustinetur explicaturque, ea potissimum deliberaret ac decerneret, vnde reli-*

quo-

quorum consilia mensuram capere debarent: tamen postquam peculiarem senatum constituere, quo inter plures status negotia tractarentur, Magnatibus plerisque placuit, paullatim ministri titulus factus est communior, donec omnibus fere illis, qui qualibuscunque publicis imperiorum rebus expediendis, quocunque loco, & domi & foris, distincentur, fuerit attributus: qua quidem significatione & nos praesenti in tractatione eodem vtiimur. Vide *Gerb. Feltmannum de Titulis Honorum*, Lib. I. cap. XXXVII. §. 3.9.10. *Io. Georg de Kulpis, Commentatione de Legationibus Statuum Imperii*, cap. I. §. 3.

## §. XIII.

Proximum est, vt ad alterius quoque membra probationem me conferam, ostenfurus, antiquis temporibus haud quidquam aliud fuisse feuda (voce hac, cum populari vsu, obiectu sumta) quam bona ac predia publica, que in magna veterum paupertate nummique raritate, stipendiis atque salariis nomine vienda fruendaque, reipublice administratoribus assignabantur. Vtar vero pari cum praecedente probandi methodo. Itaque, quod ad etymon feudi attinet, principio id expeditum esse arbitror, neque hoc vocabulum Latinum esse; sed Germania populis, in sensu quidem latiore sic dictis, hoc est, ipsis nostrorum feudorum conditoribus praecipuis, visitatum, & apud illos primum natum, demumque posthaec, seculo in primis decimo ac undecimo, civitate Latina, mediae ac insimilatae, donatum. Hinc vero colligo, minus recte fieri, vt etymologia isti vobulae assignetur Latina. Namque origines, a propria & vernacula lingua ductae, plus momenti ad probationes

Feuda erant  
ministro-  
rum hipec-  
dia arque-  
falaria.

Iudicium de  
vulgari feu-  
di etymolo-  
gia.

C 2 &

& certitudines habere solent, quam ab exotica, licet quandoque antiquiore. Nec quemquam offendere debet, quod ipsi feudorum compilatori aliter visum, quandoquidem, *a fidelitate dici, vel a fide feudum*, conceptis idem verbis asserit II. F. 3. in fin. Etenim in rebus grammaticis nullam agnoscimus *Oberti de Orto* auctoritatem, praesertim, quod in deducendis verborum natalibus alias quoque egregie fallitur: exempli causa, quando II. F. 10. Marchiones suam a mari denominationem fortitos esse imaginatur; cum expeditum sit, illos a marca seu limite sic appellatos, terrisque etiam multis parasangis a mari distantibus, fuisse praefectos.

## §. XIV.

Verum feu-  
di etymon  
est feod.

Rectius multo illustris IC. Io. Schilterus, quocum libenter sentio, in *Commentario ad Rubricam Iur. Feud. Aleman.* §. VII. illud, inquit, constat, *vocabulum feudi, siue feodi potius, esse Teutonicum, compositum ex Fee & Od, prima sua significatione predium, aut rem etiam mobilem, stipendiariam notans.* Od enim, pro quo hodie dicimus Gut, bonorum significationem etiam in Allod, Klein-od refert. Fee autem stipendum denotat, aut mercedem, reliquum adhuc in Anglia, teste Spelmano, itemque Skeneo ad *Malcolmi II. Regis Scotie constitucionem*, qui regnare cepit anno MIV. Omnibus Rex Malcolmus dedit & distribuit terram regni Scotiae hominibus suis: & nihil sibi retinuit, nisi regiam dignitatem & montem placiti in villa de Scona. Et ibi omnes Barones sibi concederunt Wardam, & releuium, de haerede cuiusque Baronis defuncti, ad sustentationem Domini Regis. Item ordinauerunt cancellario Regis *feodium magni sigilli, videlicet pro qualibet marca, centum libra-*

libratarum terræ, & vltra, & clero pro scriptura duas  
marcas, &c. Hanc etymologiam, reliquorum variis al-  
lusionibus recensit, sed reiectis, etiam approbat Thomas  
Cragius Lib. I. Iur. Feud. Scot. cap. IX. Haec tenus felic-  
issimus ille Germanarum antiquitatum indagator, Schil-  
terus.

## §. XV.

Esse autem illam veram feudi etymologiam, fi-  
dem faciunt quam plurima. Primum est, quod Feo-  
dum scripsierunt antiquissimi auctores, feudorumque ori-  
gini proximi. Ita in testamento *Ælfredi*, Anglorum  
Regis, quod a *Parckero* & *Camdeno* editum, atque *Spel-  
manni Libris tribus de vita Ælfredi*, subiunctum est,  
ita legitur: *Alterum feodium, quem ego Egnlfo dedi us-  
que ad certum tempus: & postea: etiam volo, quod si  
ego alicui dedi, vel feodium aliquem ad tempus accommo-  
davi, quod illi meis cognatis, vel suis illud ostendant.*  
Collocatur autem *Ælfredi* obitus a multis in annum  
Christi CMI. vid. *Hertium Opusc. Vol. I. T. II. pag. 49t.*  
Illustrè quoque huius rei testimonium habetur in de-  
cantatissimo illo diplomate, cui ab expeditione Romana  
index est. Quantumuis enim huius & inscriptio & sub-  
scriptio mendosa, adeoque non Carolo Crasso, quod  
*Vesero* quidem atque *Frebero* persuasum fuit, verum  
*Conrado*, id nominis, secundo, Salico quoque dicto,  
istius constitutionis gloria reddenda est, vti post *Mabil-  
lonium, Conringium, Bæclerum, Strauchium, Obrech-  
tum, Schilterum*, eruditè monstrauit *Schurzfleischius*:  
tamen salua ceteroquin est illius diplomatis veritas, i-  
demque & sat antiquum præbet rerum Germanicarum  
monumentum, & vel præcipue priscum *feodi* usum ite-

Primum ad  
hanc rem  
argumen-  
tum.

rum iterumque egregie firmat. Eandem vero scribendi rationem quoque probant litteræ infeudationis Romanorum Regis, Alberti I. super Burggraviatu Norimbergensi, & iudicio prouinciali ibidem, de anno MCCC. que, illustri manu nobiscum communicata, ita habent: *Albertus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, vniuersis presentem paginam inspecturis, salutem & credere subnotatis. Regalis praeminentia requirit honestas, ut singulos & vniuersos, devote nobis & fideliter famulantes, condignis debeamus premiorum retributionibus praeuenire, ut spe remuneracionis ceteri ad nostra & imperii obsequia confidentius animentur. Notum igitur esse volumus, & presentibus publice protestamur, quod nos aduertentes deuotionem & fidelitatem dilecti nobis FRIDERICI, BVRGGRAVII de NÜRMBERG, vniuersa bona infra scripta, videlicet Comiciam Burggravia &c. Iudicium prouinciale in Nürnberg, cui etiam vice Imperatoris omne iudicium iudicans presidebit &c. cum reliquis feodis, que idem & sui progenitores a nostris Antecessoribus habuisse dignoscuntur, titulo feudal, duximus in feodium concedenda. Ad maiorem itaque obseruantiam praemissorum & roboris firmitatem, scripta presentia Nostris Sigilli Charactere insimus roborari. Datum apud Argentinam, Idus Maii, Indictione decima tercia: Anno Domini Millesimo Trecentesimo. Regni vero Nostris anno secundo.*

Compara etiam, si videtur, illustrem Eybenium Elect. feudal. cap. I. §. 8.

## § XVI.



## §. XVI.

Alterum nostræ assertio[n]is argumentum hoc est, *quod ista etymologia examissim respondet feudi opposito*, quod *all-od*, seu, Latina terminacione, *allodium* esse constat. Etenim sicut *Fe-od* notat bona stipendiaria, fructuunque faltem ac reddituum nomine possessa, quæve, nisi criminе te obstringere, ac beneficio ingratus priuari cupias, alienari haud possunt: ita e diuerso *all-od* eius generis bona significat, quæ plena habentur proprietate, optimoque ac maximo iure nobis sunt deuincta, eoque ad omnes promiscue heredes transire, quin & inter viuos proprio ex arbitratu in quemcunque transcribi possunt. Communiter enim particula *all* etiam nunc in vernacula *totum* seu *plenarium*, *omne &c.* denotat. Certe si cum commun[i] sententia *a fide vel fidelitate* deriuaueris feudum, non poteris vel coniectando assequi, qui vñquam fieri potuerit, vt oppositum feudi appellationem allodii fortitum fuerit. Ceterum hoc velut in transitu subiicere vñfum est, *allodium* nonnunquam in vetustis formulis etiam opponi bonis nouiter adquisitis, signareque bona auita, *alvaterliche Stamm-güter*, qua ratione *all* idem fuerit ac *alt* vel *ael*, vti adhuc hodie idiotismus est in quibusdam Germaniæ locis, quod antiquum notare nemini obscurum est. Interim tamen prior ille significatus famosior est, atque frequentior occurrit.

## §. XVII.

Præterea vel hinc quoque apparet, veram esse ac genuinam istam vocabuli *Feudi* deriuationem, *quod inter innumeratas illas alias, quas circumferri passim vi-deas, originationes, non sit alia quepiam, præter nostra-tem,*

Argumen-tum secun-dum.

*rem, que tam exacte eundem cum aliis feudorum appellatiōnibus significatum referat.* Sane inter vocabula *feodi, beneficii, stipendii, salarii, alimonia, mercedis, & reliqua*, facile conuenit, quandoquidem vnam eandemque rem communiter signant: Verum quo paēto his respondere debeant siue fidei, siue fidelitatis nomina, id quidem per est difficile ad intelligendum.

## §. XVIII.

Argumen-  
tum quar-  
tum.

Denique quum de antiquissima feudorum indole partim ex superioribus constet, partim vero alia plura frequentis tractationis argumenta rem omnem in aprico sint collocatura, procul absurdo, & citra fallaciam petitionis, eius quod est in principio, hoc etiam pro incarnata sententia nostra vti licet fundamento, *quod ista, quam hactenus defensum iuimus, feudi notatio, primeam feudorum naturam quam adcuratissime representet.*

## §. XIX.

Sententiae  
nostrae au-  
tores atque  
patroni.

Ad extremum comprobatores quoque nostrae opinionis, si quis forte hos etiam requirat, laudare possumus longe celeberrimos viros, *Grotios, Seldenos, Spelmanos, Cragios, Skeneos, Stirnbeckios, Dominicos, Egenios, Schilteros, Lynckeros, Itteros, Hertios, Ludevigos, aliasque.*

## §. XX.

Araeque  
notariis di-  
spunctionis  
de notatio-  
ne feudi.

Si itaque, hi veri sunt vocis *feudi natales*, quoniam principio priscæ scribendi rationi, dein feudi opposito, tum aliis eius appellatiōnibus, post primāꝝ feudorum naturae adamissim respondent, postremo etiam multis iisdemque magni nominis scriptoribus laudantur; si quoque *feoda*, quod ex dictis itidem luculenter

appa-

apparet, nihil aliud signant, quam bona stipendiaria, salariisque nomine vtenda fruenda; ita, arbitror, constabit sua assertioni nostræ veritas, vt nihil, quod quidem alicuius momenti sit, dubii vel difficultatis eam premere possit.

## §. XXI.

Dissentientibus autem, atque communis sententiæ sectatoribus, in tanta rei evidentia consulo nihil amplius reponimus, nisi ipsa quorundam scriptorum, supra nobis laudatorum, testimonia. Ita vero in *Dissertatione, de Natura successionis feudalnis cap. I. §. 3.* habet Schilterus: *Magis est, ut natales vocabuli feodi (εὐφωνίας gratia dicimus feudi, o mutato in u) a Saxonum veterum vocabulo Fee arcessamus, quod stipendum militare, etiam togate militiae denotauit, reliquum adhuc in Scotia, & Anglia. Reuera enim feudum nihil aliud erat, quam res, fundus aut certi redditus, sive naturales, sive ciuitates, iure salarii sive stipendiis militaris dari & concessi. Aequa luculenta sunt, quæ tradit doctissimus Scotus, Thomas Cragius, Libro I. de Feudis Scotie, Diegesi VII. Apud veteres, inquiens, rerum Franciarum scriptores in feudo habere nihil aliud est, quam pro mercede, vel mercedis nomine habere, &c. adde eundem Dieg. IX.* Consimiliter Henricus Spelmannus in *Glossario, feendum, scribit, salario est, per translationem predium, quo ex beneficio domini gaudet vasillus.* Feo enim, Feh & Feob Saxonibus antiquis, Anglis bodieque Fee, merces, stipendum, atque inde feendum.

Confirmatio dictorum.

## D      §. XXII.

§. XXII.

Ceterum feudi vocabulum æquiuocum esse, & vel sumi pro *ipsa re* in feudum concessa, vel pro *contractu* feudal, vel denique pro *iure in re* feudal, domino directo iuxta ac vasallo constituto, tralatitium est.

Hoc autem nouum insolensque dictu videri poterat, quod feudum crebro etiam accipiatur *pro officio*

Ceterum feudi vocabulum æquiucum esse, & vel sumi pro ipsa re in feudum concessa, vel pro contractu feudalii, vel denique pro iure in re feudalii, domino directo iuxta ac vasallo constituto, tralatitium est.

Hoc autem nouum insolensque dictu videri poterat, quod feudum crebro etiam accipiatur pro officio ac functione, beneficii iure alicui transcripta, nisi ipsa incorrupta antiquitatis monumenta nos ita statuere iubent. Ista vero antequam proferamus in lucem, iuvat præliminariter, causæ velut instruenda gratia, adduxisse, quæ hanc in rem tradiderunt alii. Ita Franc. Connarus, supplicum libellorum in regia Parisiensi olim magister, Commentariorum Iuris Civilis, mirifici illius, nec tamen perpoliti ab auctore operis, Libro II. cap. IX. Quodsi quis, inquit, nostros annales curiosus evoluerit, cognoscet, ducatus, comitatus & baronias, quas vocamus, munieris & administrationis olim fuisse, non patrimonii nomina, renocarique potuisse, cum liberet principi: certe quidem ad heredes ducum & comitum non pertinuisse. Similiter Fridericus a Sande, in Commentario ad Gelria & Zutphania Consuetudines feudales, Tit. I. cap. I. n. 5. Functiones etiam publicæ, inquit, in beneficium cedi possunt, ut domino proprietate competant, priuatis domini donatariis vel administris, usufructu; qualia in hac prouincia ab anno MCCCXXXIX. fuere, atque abhuc cum latifundiis annexis obtinentur, Praefecti aule, Camerarii, Marescalli, ac Pincernæ ministeria honoraria, venatoris item Veluanii functio a Carolo Egmondano, Gelrie principe, Ioanni Bentingio, pro ipso atque heredibus masculis anno MDXXXVII., feudali titulo, concessa

## DE SIGNIFICATIONE VASALLI AC FEVDI. 27

fuit, deinceps vero mascula prole deficiente ad principem rediit. Sic Friderici primi Imperatoris lege, magistratus atque honores mandantur per vestitiram beneficiam, tit. de pace Constant. in feud. Ea quoque redeunt feudalia aduocationis munia, tit. de pace tenenda, S. publici latrones, de feud. item custodia ac procurations beneficiaria, que anno exacto reuocari poterant Lib. I. feud. tit. 2. Atque horum feudalium officiorum in hac provincia conditio semper talis fuit, ut ex vestitura formula ad heredes transirent, & principis intuitu fuerint irrevocabilia. Eiusdem fere commatis sunt quæ habet per illustris Cocceius, in Iuris publici prudentia, plenissimo illo rectiorum doctrinarum scripto, cap. XV. Sect. I. §. 9. More maiorum officia, quin & ministeria affixa sunt certis terris; & contra, he illis. Apud Romanos magistratus populi Romani ex arario publico stipendia sua accipiebant. Sed more antiquo Francorum fidelibus regni (uti dicebantur omnes, qui vel officia in regno eiusve parte gerebant, vel ministeria in bello ac aula prestatabant) concessæ sunt certæ terra ac prædia, ut eorum redditus vel redditus parte, quin & iuribus, quandoque etiam regaliibus, vicerentur quasi loco salarii, & ad sustinendam dignitatem ac familiam. Ha terra & prædia Salica, id est, Francica dicta sunt, quia fuere prædia regni, & officiis regni, ac vicissim hec officia terris cohaeserunt, & annexa fuerunt, nomenque he ab illis sortite sunt. Adde Lehmann. Chron Spirens. L. II. cap. XVII. Atque obserua, quod, si originem feudorum, tum quoad rem, tum quoad nomen attendimus, officia feudalia potius feuda propria, quam impropria, dicenda sint. Schilter. ad Ius Al. p. 255.

D 2

§. XXIII.

Probatur  
memorata  
feudi signifi-  
catio.

Nunc ipsa, ad quæ supra prouocauimus, producenda sunt loca, videndumque est, an probent, feudi vocabulum nonnunquam sumi pro officio ac procuratione publica. Id vero principio appetat ex Legibus Malcolni II. regis Scottie, quando illarum caput secundum, tertium, quartum, & quintum, quibus quidem explicantur officia domus augustæ, de Feodis Cancellarii, Iustitiarii, Camerarii, Senescalli, Constabularii, Vicecomitis, inscribuntur: quibus respondet caput vigesimum quintum Statutorum Roberti III. cui, de feudo, id est, officio, vice-comitis, index est. Deinde apud Hugonem de Cleeris, de Senescallia Francie, diserte ita legitur: *vade seruitum feodium tuum Marescalcia, & hospitare Hugonem, quia babes istud feodium a comite.* Add. Anton. Dadin. Alteserra, de Feudis Gallie cap. III. vbi, & olim officium Maioris Senescalli in feudum datum comiti Andegauensi, & hodieque officia Connestabilis, & Cancellarii in feudum personale a Galliarum regi dari, testatur. Præterea in Statutis Edwardi, regis Angliae, sequentia occurunt: *dicitus index percipiat annuatim pro feudo suo CL. libras dictæ monetae.* Item alibi: *ordinatum est, quod sit unus defensor regis, & percipiat annuatim pro feudo suo L. libras dictæ monetae.* Quibus in locis uti feudi appellatio officium seu functionem publicam sat aperte designat: ita hoc etiam subiecisse iuuat, interdum vernaculum quoque illud *Lebn* eundem ministerii referre significatum. Argumento eius rei sunt tabulae antiquæ, quas exhibet Schilterus in Commentar. ad ius feud. Alem. cap. CXIII. §. 3. ibi: *Dafß er mit dem Marschalcum amte sine ebliche*

Fraue



DE SIGNIFICATIONE VASALLI AC FEVDI. 29

Fraunce Christine, Hern Hermanns dohter von Castel, gevvidmet hat, und wiedeme, als lange sie lebet, als vann der vorigen Iohan von Scharphenecke nit en ist, so sal Fr. Christin uns ein andern man, der dann lebnbere ist, an sin statt geben, der das Marschaltum amt der Fr. Cbr. verdiene, und es von ibren wegen trage, als lange sie lebet. Wann sie aber nit en ist, so sal der man, der ihr das Lehn ibrn lebtag geiragen hat, keine rechte Ansprache oder Forderunge an das Amt oder Lehen furbas han. Junge, si videtur, Koblium de Servitiis Feudalibus, Part. IV. n. 125. & sequentibus.

§. XXIV.

Maior adhuc isti affulget veritati lux per appellations alias, quas eo, quem diximus, significatu fortitur fendum. In his numerari debet, quod haud raro priscis in formulis *munus*, & *munus regium*, idem vocatur. In documentum seruire potest locus *Vadiani*, Libro I. de Colleg. & Monast. Vet. Germ. ibi: *Munere suo*, & ipsa officii dignitate sepe priuabantur comites ac duces, quemadmodum etiam episcopi & abbates, haud raro & capite plexi, si quid atrocius superbiusque commissum fuisset. Similiter *Guntherus* in nitidissimo suo carnine, quo, magno *Cuiacio* teste, melius nonnulla iuris feudalium capita explicat, quam tota feudistarum faculta cohors, Libro I. hunc in modum accinit:

*Si patris dominum vasalli filius acri  
leserit offensa, festinet prouidus illum  
conciliare pater: quod si contemnet agendum  
munere privetur.*

Sane quod poëta heic *munus* appellat, id, eandem rem explicans, feudum nominat *Obertus II. feud. 55. §. insu-*

Feudum antiquis in formulis expresse vocatur munus; & munus regium.

D 3 per

per. Pari modo *Marculphus Libro I. form. 12.* dedit igitur predictus vir ille per manum dextram coniugi sue villas, quas aut munere regio, aut de alode parentum, vel undecunque ad praesens tenere videtur. Vbi doctissimus *Bignoni* verba: munere regio, per beneficium regis, quod postea feudum dictum est, interpretatur. Compare *Cangium in Glossario*, verb. *munus regium*. Iuris nostri, ut cursim hoc addam, conditoribus, munus tribus modis dicitur: uno *donum*, altero *onus*, tertio *officium*; unde munera militaria, & quosdam milites munificos vocari. Igitur *municipes dici*, quod munera ciuilia capiant: verba sunt *Pauli in lege 18. de Verb. signif.*

## §. XXV.

Facit quoque huc ipsum beneficii vocabulum; quod quidem, sequioris aui loquendi vsu, vt plurimum notat *rem, que ob ministerium sacrum vel profanum, vienda in perpetuum conceditur*. Verum apud veteres scriptores non prouentum aut stipendium, sed ipsum potius *ministerium* significasse probatum luculenter dederunt viri erudit. At enim vero posteaquam honos, non onus affectari coepit, maiorse quæstus, quam munieris atque officii, est habita ratio, vna cum moribus hominum mutatus est mos loquendi. Hinc etiam *Franciscus Duarenus*, qui primus iuri canonico barbaram faciem abstulisse, & elegantiores formasse recte dicitur, non tantum de ministeriis, sed etiam de beneficiis ecclesiasticis, suum illum nitidissimum tractatum inscribere voluit, vt veterem simul & nouam loquendi consuetudinem in ecclesia, titulus indicaret, prout ipse met hanc inscriptionis causam allegat *Lib. II. c. III.* Plura vero testimonia, beneficii appellatione, post si-

gnifi-

gnificatus alios, functionem quoque ac dignitatem de-notari, apud autores alios, eosdemque in primis Lexicographos, passim occurunt. Addi etiam potest *M. Ant. de Dominis de Republ. Eccles. Lib. IX. cap. III. n. 8.* Vbi, nostri, inquit, *Canonistæ ut beneficium ipsum faciant rem sacram, ex officio sacro & eius beneficio, siue utili temporali, constant nescio quid unum, & hoc conflatum vocant, ecclesiasticum beneficium.* Junge *Petr. Gregorium*, quem vulgo *Tholosanum* dicunt, *Syntagm. Iur. Uniuers. Lib. XVII. c. I. & II.* itemque *Hevr. Kofel de Beneficiis & Feudis ecclesiast. c. I. n. 4.*

## §. XXVI.

Nouum vero per hoc accedit isti rei firmamentum, quod feuda sape numero *militiarum* nomine venire soleant. Atqui vero militia vsu iuris nostri dicitur omnis functio ordinaria, qua quis operam suam nauat vel principi vel reipublicæ, vel magistratibus, in rebus, ad publicam utilitatem pertinentibus, obeundis, ac pro qua præstantur salario ex publico, aut annonis publicis. Ut sic militiae proprie loquentibus non sint ea commoda, quæ percipiuntur ex publico, quamquam hunc etiam vocis usum in materia legatorum, & quibusdam aliis Romani iuris locis, occurere, non ignoramus; sed ipsæ functiones, propter quas illa commoda percipiuntur. Atque harum militiarum aliae *palatina* dicuntur, eorum scilicet, qui in principis palatio muneri aliqui præfecti erant: aliae *comitatenses*, eorum qui in eiusdem erant comitatu: aliae *provinciales*, eorum videlicet, qui prouinciarum magistratibus apparebant; quibus omnibus, ciuilis nomine militia venientibus, accedebat militia *armata* quæ belli caussa suscipitur. Fas

Feuda multoties appellantur militiae, haec autem sunt functiones publicæ.

fuerit in re tam manifesta vnum instar omnium allegasse *Geruasium Tillberensem*, Libro II. de Otiis Imperial. vbi de Henrico II. eius nominis Imperatore verba faciens, *bic*, inquit, *legem instituit apud Teutones*, *ut militie, more Gallorum & Anglorum successonis iure devolucrentur*. Adde eximium IC. *Hug. Donellum* in Comment. ad legem vlt. Cod. de Pignor. & multo magis Franc. *Connanum*, certi iudicii scriptorem, Commentariorum Iuris Civilis Lib. VI. cap. 15. vbi militias nihil aliud quam officia fuisse, militiarumque & officiorum nomine idem significari, manifestissime demonstrat.

## §. XXVII.

Feuda sacerdoti-  
uscule vo-  
cantur ho-  
nores: ho-  
nor autem  
magistra-  
tum & ad-  
ministratio-  
nem reipu-  
blica cum  
dignitate fi-  
gnificat.

Denique etiam ad probandam illam saepe memo-  
ratam feudi acceptiōnem, deducendamque vna primā-  
uam feudorum indolem, id quoque adiicere visum,  
quod vetustis in tabulis sacerdotiūle etiam *honores* appelle-  
litantur feuda. Sic administratio & territorium duca-  
tus, *honor ducis*: comitatus, *honor comitis*: Parochiæ  
episcopalis, *honor episcopi* est, *Gregorio Turonensi His.*  
*Lib. V. c. 14.* Guido Imperator in *Legis Longobardorum*  
*Libro secundo Tit. LIV. l. 2.* Placuit etiam nobis statue-  
re summopere, *ut episcopi & comites uniti sint in suis*  
*parochiis & in comitatibus, pro pace & saluatione in*  
*honoribus suis habitantibus: ita ut nullum pradonem,*  
*raptorem, vel incestum, in suis sedibus vel concessis ho-*  
*noribus permittant morari: & si comes eiusdem loci hoc*  
*implere neglexerit, proprio honore priuetur.* Capitu-  
lar. *Caroli Magni Lib. III. c. 69. in rubrica.* De his  
qui regales habent honores, hoc est, regalia fenda. Et  
subinde in textu: *Quicunque homo nostros habens ho-*  
nores

DE SIGNIFICATIONE VASALLI AC FEVDI. 33

nores in hostem bannitus fuerit, &c. Similiter honorem dicit feudum Pipinus, Caroli pater, Leg. Long. Lib. II. Lege 21. ibi: *Ubicunque missi nostri aut episcopum, aut comitem aut abbatem, vel alium quemlibet, quocunque honore preditum invenerint, qui iustitiam facere noluerit, vel prohibuerit, de ipsis rebus viuant, quamdiu in eodem loco iustitiam facere debent.* Pari modo Carolus Calvus, apud Baluzium Tom. II. Capitul. p. 270. constituit: *Si comes obierit, filium autem parvulum habuerit, filius noster cum ministerialibus ipsis comitatus, & episcopo, in cuius parrochia consistit, eundem comitatum prouideant, donec obitus prefati comitis ad nostram notitiam perueniat, & ipse filius eius per nostrane concessionem de illius honoribus honoretur.* Plura vero eademque elegantissima hanc in rem testimonia, præter Spelmannum concessit Du Fresne, in Glossario, voce *bonorum*: Ita apud eum Rodericus Toletanus, Lib. VII. de Republ. Hispan. Cap. I. cui, inquit, manu & ore fecerat iuramentum, pro terra quam ab eo accepérat in honorem, id est, in beneficium, in feudum. Et Nitardus Lib. III. Etsi honores, quos idem in Burgundia babuit, eidem donare vellet. &c. Et in Annalibus Francorum Bertianis, ad annum DCCCXXXIX: *suorum quoque complures, non solum proprietatis, verum etiam beneficiariis donauit honoribus.* Contra legitur Poppe, dux Thuringorum, honoribus priuatus, in Annales Fuldens. DCCCXIIC. Et Henricum Saxoniæ ducem, qui postea Cæsar, & auceps dictus, apud Witecindum monent sui milites, quod, si bonore paterno eum nollet sponte honorare Conradus, rege inuitio, quæ vellet, obtinere posset.

E

Quis

Quis autem ignorat, *bonores* esse functiones publicas, cum administratione & dignitatis gradu, seu potius dignitatis gradus, cum administratione reipublicæ. Adi *Calibistratum IC. in lege 14. ff. de Munerib. & Honor. ac, si forsan augustius adhuc requiras testimonium, iunge Imperatoris nostri verba in §. 7. Inst. de Iure Nat. Gent. & Civili, quæ ita habent: *Pretorum quoque edicta non modicam obtinent iuris autoritatem. Hoc etiam ius honorarium solemus appellare: quod, qui bonores gerunt, id est, magistratus, autoritatem buic iuri dederunt. Proponebant & ediles curules edictum de quibusdam causis, quod & ipsum iuris honorarii portio est.**

Si itaque feuda saepè numero vocantur *bonores*, bonores autem signant administrationem reipublicæ cum dignitatis gradu, quis neget, sincero quidem iudicio, nostram assertionem. Libet tamen, velut ex abundantia, hac etiam parte audire saepè nobis laudatum Schilterum ad *Ius feud. Alem. C. XLII. §. XXI. Honor est officium aliquid principis feudale; ein Furstenambacht in nostro iure vocatur; iure Longoburdico dignitas.*

## §. XXVIII.

Antiquis in  
formulis in  
feuda haud  
raro expressis  
verbis  
vocantur  
ministeria.

Duo sunt, quæ per modum coronidis disputati  
oni huic, de vocabulo feudi, pro *munere* atque *officio*  
*publico* accepti, subiicere libet. Alterum est, quod  
feudum saepenumero disertis etiam verbis appellatur *mi  
nisterium*, hoc est, illud ipsum, quod probare hacten  
nus nos sustinuimus. Prouoco hic ad Capitularia Ca  
roli & Ludouici, Imperatorum, *Lib. II. Cap. 6.* vbi se  
quentia habentur: *Vobis vero comitibus dicimus, vos  
que commonemus: quia ad vestrum ministerium maxi  
me pertinet, ut reverentiam & honorem sanctæ Dei ec  
clesie*

clericis exhibeatis, & cum episcopis vestris concorditer vi-  
natis, & eis adiutorium, ad suum ministerium pera-  
gendum, prebeat, & ut vos ipsi in ministeriis vestris pa-  
cem & iustitiam faciatis, & qua nostra auctoritas pu-  
blice fieri decernitis, in vestris ministeriis studiose persi-  
cere studeatis. Proinde monemus vestram fidelitatem,  
ut memores sitis fidei nobis promissa, & in parte mini-  
sterii nostri vobis commissi, in pace scilicet & iustitia faci-  
enda, nosmet ipsos coram Deo & hominibus tales exhibe-  
atis, ut nostri veri adiutores, & populi conservatores  
insta dici & vocari possitis. Gemina his deprehendun-  
tur in Legis Longobardicæ Libro II. lege 19. & 20. vbi  
comitis ministerii iterum iterumque meminerunt Imperatores.  
Aliam vero eiusdem generis formulam  
cernere datur apud Wilhelnum Hedam ad annum  
DCCCCXI. vbi Otto III. Imperator: *Insuper* inquit,  
tibi donauimus, quidquid Popo, filius Waldgeri, ba-  
buit in ministerium in hoc comitatu. Quod in hisce  
tabulis ministerium vocatur, idem *familatus* nomine  
effert Witebindus, fidelis Saxoniarum rerum scriptor,  
& Corbeiensis Cœnobii monachus, *Annalium Lib. III.*  
vbi de sollemnibus inuestiture super Longobardico  
regno, ab Ottone I. factæ, verba faciens, inter alia  
hæc addit: *Cum conuentus fieret Berengarius manus fi-  
lii sui, Adelberti, suis manibus implicans* (en! speci-  
men simultaneæ inuestituræ, der gesammten Hand)  
*renouata fide coram omni exercitu* familatui regis se cune  
filio suo subiungavit. Conferatur etiam *Du Fresne* in  
Gloss. qui postquam notauit ministerium interdum etiam  
accipi pro beneficio seu feudo, quatuor minimum in-  
crustandæ illius veritatis gratia, adducit antiquitatis  
testimonia.

## §. XXIX.

Stipendiū  
vōce inter-  
dūm quo-  
que offi-  
cīūm deno-  
tarū.

Alterum vero est obseruatum finale, quod, quācum notissimum sit, feuda etiam appellari stipendia, Latinis ipsa nonnūquām stipendia officiorū nomine venire soleant. Autōres eius rei testesque nobis sunt, omni exceptione maiores, Imperatores *Valentinianus & Valens*, in lege *LVII. Cod. Theodos.* de Decurionibus, vbi in hāc verba rescribunt: *Nemo ad ordinem senatorium, ante functionem omnium munerum municipalium, sena- tor accedat.* Cum autem vniuersis transactis, patrie stipendia fuerit emensus, tum cum ita ordinis senatorii complexus excipiet, ut reposcentium ciuium flagitatio non fatiget. Sane quā patrīe stipendia hic dicunt Augusti, ea quidem patrīe munera appellant duabus legibus se-quentibus *LVIII. & LXV.* quibus locis, & multo magis in *Paratito ad Librum VII. Cod. Theod.* compara inter-pretē in comparabilem *Jacobum Gotfredum*, vix se- cundum *Cuiacio* nomen.

## §. XXX.

Feudū  
objēctū  
eriam voca-  
tur benefi-  
cīūm; at e-  
nīm benefi-  
cīūm admi-  
nistrī sala-  
riūm est.

Ceterum quemadmodum vulgaris feudi acceptio est, quando idem sumitur objēctū, seu pro re in feudū concessa, quo populari etiam sensu supra asseruimus, feuda priscis temporibus nihil aliud fuisse, quam bona ac p̄dīa publica, stipendii atque salarii nomine rei publicæ administratoribus vtenda fruendaque assignata; ita nunc paucis adhuc monstrasse par est, hoc quoque significatu feudi vocabulo accepto, nostram synonyma eius instruere causam, procul tamen omni coacta, vel inuita saltēm verborum interpretatione. Quid vero notius est voce *beneficii* feudū exprimere Latina pura-que vtentes dictione? Et quis est, vel mediocriter do-  
ctus

Etus Romanae linguae vocabula, qui ignoret, *beneficia*, post alios significatus, huc minus pertinentes, *spipendia* atque *salaria* denotare, assignata rerum publicarum administris, siue hi arimatam sectentur militiam, siue togatam, & quod ad hanc attinet, siue aulica, siue forensia, siue ecclesiastica, exhibeant seruitia? Quid, quod ultima hac significatione beneficii vocabulum adeo est decantatum, ut illo, absolute posito, velut per eminentiam id ipsum vulgari denotetur sermone, quod ecclesia ministro præbetur nomine salarii. Oppido egregia sunt, qua hanc in rem scribit *Francisc. Duarenus, de S. Eccles. Ministeriis ac Beneficiis Lib. II. c. 3. & 4.* *Beneficium*, inquit, est res ecclesiastica, que sacerdoti, vel clericu*m* ob sacrum ministerium vtenda in perpetuum conceditur. *Animaduertendum enim est*, moris fuisse veteribus, prædia quedam & possessiones militibus tribuere, ut hoc beneficio deuincti animosiores ad rem publicam tutandam redderentur. Quibus perquam affinia sunt ea, que ob fidem & obsequium fruenda conceduntur, moribus non Longobardorum modo, sed etiam nostris & omnium prope totius Europa populorum ac gentium. Et hec quidem prædia non incepit beneficia a quibusdam appellata sunt, & beneficiarii, qui ea possident. Hunc porro morem, qui in rebus profanis receptus erat, imitati sunt ecclesiastici viri, & prædia possessionesque ob ministerium ecclesie singulis ministris adscriptas, beneficia vocauerunt, que utinam veneficia plerisque hodie non sint. Hactenus *Duarenus. Carolus Cangius* autem, postquam explicuit, *beneficium* scriptoribus mediae ætatis dici prædium fiscale, quod a rege vel principe, ad vitam viro nobili vtendum, id est, in feudum conceditur, subiungit:

git: eodem p[ro]p[ter]e sensu Latini hanc vocem usurparunt, & predia, que principes militibus, aut aliis largiebantur, beneficia appellarunt, & librum quo ea describebantur librum beneficiorum. Adde Capitularia Regum Franc. Lib. III. c. 80. & 82.

## §. XXXI.

Feudum ex-  
prese dici-  
tur officialis  
stipendium. Eiusdem quoque generis argumentum est, quod feudum haud raro conceptis verbis appellatur stipendium. Faciunt ad illustrandam rem hanc quae habet Bartholomeus a Chasseneo, ad Consuetudines Ducans Burgundia, Rubrica III. in princ. n. 15.: ibi contractus feudalis ante librum feudorum fuerat incognitus. Saltem in suo nomine, cum antea feuda vocarentur prædia ac bona stipendiaria, sic dicta, quia militibus pro stipendiis dabantur, ut ex eorum fructibus vivant, & reipublice serviant, nec aliud stipendium a principe seu domino feudi petant: imo in aliquibus locis vocantur militia, quia militibus dantur. Similiter Hulder. Ebениus in Electis feudal. cap. II. §. 1. Stipendium est, ait, quod præstatatur vel pro opera militari, vel alio officio, ut inde vasalli vel ministri sustententur, & exhibeantur: siue ordinarium illud sit, siue extraordinarium, ex sportulis collectum. Germanis Besfallung, Accidentalien, Sportulen, Deputaten, Siegel- Vrthel- Schreib- Gelder, Tax- und Tax- Gefelle, Canzley und andere Iura und Nutzbarkeiten. Confer etiam in iure nostro legem 27. de Verb. Signif. itenque legem 18. D. de Re Iudicata.

## §. XXXII.

De aliis feu-  
di appellati-  
onibus ad  
presentem ad  
rem strictim Postremo ad firmandam assertionem nostram in primis quoque illud facit, quod non uno antiquarum formularum loco, feudum venit nomine mercedis, alii nomine,

*monie, salarii, honorarii, militie, victus & similium:*  
*quæ ipsa vocabula, quumi id, cuius gratia hic nobis al-*  
*legantur, luculenter exponant, omniue explicatione*  
*sint clariora, haud est animus quidquam addere; ne*  
*vel stuporis arguere prudentem lectorrem, vel solem*  
*facibus, vt aiunt, illustrare velle videar.* Adeat inter-  
*rim, cui vacat & volupe est, Glossariographos, Dufres-*  
*nium, Spelmannum, Selenum, Lindenbrogium, ske-*  
*neum, Wendelinum, Hotomannum, alios, iungatque*  
*his meritissimæ, post fata etiam, famæ iureconfultos,*  
*Eybenium & Schilterum, in, de feudaliure, nobilissimis*  
*scriptis.*

## §. XXXIII.

Vnum hoc addere, colophonis instar, opera pre-  
 cium erit, huic feudalium nominum considerationi, vi-  
 delicit, quod vocabulum *Lehn*, quo in vernacula com-  
 muniter utimur, adeo non officiat, vt prima quidem  
 fronte videri poterat, iis quæ hactenus fuerunt propo-  
 sita, vt potius mirifice eadem confirmet. Breuibus au-  
 tem me expediturus, principio illud obseruo, prædi-  
 ctum vocabulum *Lehn*, non esse recentioris denum æ-  
 tatis, quæ priscam auitamque linguam pene dedidicit,  
 inuentum; verum sat vetusti usus, ita tamen, vt anti-  
 quiores auctores frequentius dixerint *Len*, *Leen Llyn*  
 &c. videas omnino *Glossarium Gothicum*. pag. 228. & 232.  
*Legem Runic.* pag. 20. & 71. seqq. iuncto diplomate  
*Rudolphi*, primi eius nominis Imperatoris, de anno  
 MCCLXXVII. in Metropoli Salisburg. Tomo I. pag. 390.  
 ibi: *idem in villa Hollern sex mansos & dimidium man-*  
*sum, qui Lehn vulgariter nominantur.* Adde etiam, si  
 voles, *Brovverum in Annal. Fuldens. Libro III, c. XVIII.*

Singularia  
de vocula  
Lehn, & an-  
tiquo eius  
usu.

&amp;

## 40 CAPUT II.

& Henr. Spelmanum in Glossario, vocē Lehn. Schilte-  
rum ad Ius Alem. cap. CXIII. §. 3. p. 112. n. 17. cap.  
§. XXXIV.

Vocabuli  
Lehn signi-  
ficatio æque  
pater late  
quæna feudi.

Alterum est, quod vocula Germanicæ *Lebn* signifi-  
cacio æque pateat late, quam Latinae *feudum*, immo  
latius etiam, vsum si respicias quotidianum, ad res al-  
lodiales quoque subinde exorrecta: Ut proinde mini-  
me fallantur, qui, vt cunque vociis *Lebn* mentio fiat in  
litteris ac formulis antiquioribus, ex eo tamen *feudum*  
subesse, illico se tuto colligere posse, haud existimant.  
Vide Casp. Klockii Relationem Cameralem XXVI, come-  
mate ss, & sequentibus.

## §. XXXV.

Vox Germ.  
Lehn inter-  
dum pro  
contractu  
funitur.

Hinc tertio obseruamus loco, vocabulo *Lebn* quan-  
doque indicari *contractum feudalem*, seu concessionem  
beneficam fundi feudalis a domino factam. Quis enim  
ignorat verbum *leihen*, sive *lehnern*, post alios significata-  
tus, huc minus spectantes, (vt quando accipitur pro  
contractu, vel commodati, vel mutui, vel locati) idem  
denotare, atque vtendum frumentumve quid alicui be-  
nebole concedere: prout fere quoties ex concessione,  
aut beneficio superioris aliquid accipitur & habetur, to-  
ties etiam appellatio *Lebn* seu *Lehnung* locum inuenit,  
vti ait *Eybenius*. Addas P. Heigii, præclarri illius iuris  
quondam antistitis, *Quæstiones*, Parte I. Q. II. n. 66.

## §. XXXVI.

Quandoque Interdum vero sape memorata vocula accipitur  
ius ex con- pro facultate morali, in ipsa re feudal per contractum  
tractu qua- kum signat & subsequuntur fundi traditionem quæsitam, quo sensu  
dicimus *ervas zu Lebn tragen*, nach Lehnrechte besi-  
sizzen. &c.

Non-



DE SIGNIFICATIONE VASALLI AC FEVDI. 41

Non nunquam etiam vocabulum *Lehn* sumitur pro officio seu magistratu, vor eines ieden Befehl, Amt, Beruf, und Verrichtung: facitque hanc in rem *Ordinatio Politica Hamburgeris art. 32.* ibi: allerley Herren-Leben, oder Aemter. Adde pluribus Eybenum, illum nunquam satis nobis laudandum virum, in *Notis ad cap. II. §. 1.* *Electorum iuris feudalis:* & confer supra comma **XXIII.** in fine.

Voc. Lehn  
etiam pro  
officio su-  
mitur.

S. XXXVII.

Ad extremum illa vox etiam populari venit significatu, obiectu scilicet sumta, pro re feudi lege vtenda fruendaque alicui assignata, siue quæ conceditur, mobilis res sit, siue soli, siue alterius cuiusquam generis.

Frequenter  
falarium ac  
stipendum  
denotat  
vox Lehn.

Atque hoc sensu sibi opponuntur *Lehn und Erbe, Lebns-Erben,* (quos tamen rectius dixeris *Lebnsfolger) und Land-Erben.* Isto significatu verissime scribit Daniel Haiderus in *Actis Lindauens.* fol. 340. und vwaren vor alters die Graven mit mit allodialibus so zum flattlichsten (doch einer mebr als der ander) sondern meist mit ihren Amts- und Leben-Gütern vertheben gevvesen. Huc etiam, nisi me omnia fallunt, referri potest, quod vulgo vocamus das Pfarrlebn. Neque enim hac appellatione dunt taxat indigitamus ius, quod vocant, patronatus, verum & ipsum stipendum sacri munieris intuitu clerico assignatum. Vnde etiam fedi presbyterialis, Priester- oder Pfarrlebn, mentio sit in canone concilii cuiusdem apud Antonium Augustinum Lib. 10. Iur. Ponif. Vet. tit. g. c. 8.

S. XXXVIII.

Ceterum vti postremæ acceptioi vocabuli *Lehn* æquipollit Germanorum *Sold,* & Anglorum *Fee,* Gallorum *Fief,* Latinorum autem *merces, stipendum, sa-*

Lehn idem  
est quod  
Lohn.

*lar-*

*larium, &c.* adeoque per hæc illustrissime confirmantur superioris tractationis asserta: ita maiorem etiam omnia foenerabuntur lucem, si quoque in natales vocula *Lebn* paullo inquisiuemus penitus. Ista vero procul omni dubio non peregrina est, sed Germanæ originis; nec deriuatiæ, sed primitiæ indolis, & nisi me omnia fallunt, eadem prorsus cum vocabulo *Lebn*, quo ipso quacunque mercedem, stipendumque ac salarium, quin & sportulas omnis generis, hoc est, idem illud, quod per dictiōnem *Lebn*, significari, vel in vulgus notum est. Certe stipendia militum hodieque vocamus *Leben*, *Leb-nunge*, *Löhnung*; mercedes Litorum seu Lidorum nostrorum, hoc est, famulorum, seu mercenariorum, *Lied-Lohn*; quod pro inscriptione domino emphyteutico soluitur, *Lebnwahr*, quasi *Lobnwahr*, *Handlobn*, appellamus. Sic in Ordinatione Camerali de anno MCCCCXCV. titulus est: *Von der Aduocaten und Procuratorn Belohnung*, & paullo post titulus alias: *Von den Sportulen und Belohnung der Gerichts-Personen*. Ex dictis vero, ut hoc quoque coronidis loco addere liceat, appetat, quod licet communiter vocabulum *Lebn* deriuari soleat a verbo *lebnen*, rectius tamen, si quidem de materia feudali sermo sit, fieri videatur, si a vocula *Lebn*, deriuetur verbum *lebnen*.

## §. XXXIX.

Connexio

Quæ cum ita sint, (tandem enim aliquando e diuerticulo, iusto fortassis longiore, & grammaticis etiam subtilitatibus sat spinoso, redeundum in viam, & ad latiorem tractationem est progrediendum) iure vtique supra, commate primo huius capitii, meritoque nos asseruisse

seruisse appareat, priscis temporibus haud alios fuisse homines, vasallos proprie sic dictos, quam publicae rei administratos, eosdemque vel in sago, vel in toga ciuitatis stipendia merentes; quæ ipsa tamen res in sequenti tractatione suisque locis, pluribus iuxta atque fortassis etiam, ad gratiam veritati nostræ conciliandam, aptioribus firmabitur argumentis. Eadem vero ex causa etiam illud recte nobis assertum esse consequitur, operam ac oleum nos perdituros fuisse, de pari officialis cum vasallo iure aliquid exponere aggressos, si quidem intra primævam suam vasalli ac vasallorum iura perfistissent indolem.

## §. XL.

At enim vero, quæ sunt omnium humanarum rerum vicissitudines commutationesque, eas feudorum quoque placita subiisse, ipsares, & præsentis ævi viis, cum ratione superiorum seculorum collatus, neminem, nisi feudalis iuris plane ignarus, dubitare sinit. Accedit ad istam sententiam incomparabilis scriptor, quem hac parte iam supra laudauimus, *Thomas Cragius, de Iur. Feud. Scot. Libro 1. Diegesi 4. & 9.* adeo, inquiens, *a primæua sua indole degenerarunt feudorum iura, ut feudum bodie in feudo vix agnoscas.*

Quin immo euoluat quis vnum *Gerhardum Nigrum*, qui & *Capegustus* vocatur, de feudorum origine, *Iuris Longobardici Libro 1. Titulo 1. commate 1.* præcipientem, & proclive ipsi facileque ad intelligendum fuerit, tum a vero minime alienam esse, quam de primævis feudorum placitis ac institutis protulimus sententiam, nouam illam quidem ad speciem, at reuera'tamen antiquissimam, eoque multo etiam antiquitatis consensu muni-

Feuda ab  
antiqua su  
indole insi  
gniter de  
sciueruat.

tam; tum quoque plus quam Ouidiana, vt ita loquar, metamorphosi nostræ beneficia tempestatis, ab illis superiorum sæculorum visibus mutata esse: eamque di-  
scensionem maxime intuitu maiorum Imperii Germanici feudorum, tam fuisse notabilem, vt paucæ admodum circa illa occurrant iuris prissini reliquiæ.

Causam vero occasioneinque, mirificæ illius degener-  
ationis, non vnam fuisse, extra dubitationis possum  
est aleam. Verum quænam illæ fuerint, qualesve, id  
quidem apud plerosque omnes, vrcunque etiam ma-  
gno numero, arque vafis voluminibus prostant, feu-  
dal is iuris consultos, alto premitur silentio: paucis ve-  
ro quibusdam in superficie tantum, ac perfunctorie sal-  
tem tractatum vidimus hoc argumentum.

Verum vi de vnoquoque doctrinæ genere omnino ve-  
rum est, neminem cum fructu in ea versari posse, nisi ab  
omni retro antiquitate prima rerum initia, & deinde pro-  
gressiones quoque earum, repetere fategerit: ita in le-  
gali ciuilique prudentia eo magis illud obtinebit, quo  
certius constat, *nunquam ultra vulgarem mensuram pro-  
fecisse, qui, neglecta illa disquisitione, statim ad ulterio-  
ra dilapsi:* verba sunt elegantissimi Scriptoris, *Io. Wil-  
helmi Iteri, de Feudis Imp. cap. 1. n. 1.*

Quam ob rem, cum in superioribus de prima &  
antiquissima feudorum indole satis nobis sit expositum  
nunc, antequam ipsi, de paribus reipublicæ ministri cum  
vasallo iuribus, arguento, admoueamus manum, distin-  
cte tradidisse iuuat, quibus accessionum auctibus creuerint,  
atque adeo adoleuerint feudorum instituta, vt veri perso-  
nam vasalli, in adscititio illo habitu, vix possis cognoscere.

55 (o) 56





**ULB Halle**  
006 548 385

3




*Sb*

*vD n8*



# Farbkarte #13



B.I.G.

DISSERTATIONEM  
DE  
EVNDORVM  
OLE PRIMÆVA  
ENTE DIVINO NVMINE  
ORE MAGNIFICENTISSIMO  
IMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
HELMO HENRICO  
SAXONIÆ IVLIAKI CLIVIÆ  
M ANGARIÆ WESTPHALIÆQUE  
AC RELIQVA  
ILLVSTRIS ICC. ORDINIS  
SVB PRÆSIDIO  
RIS ACHATII BECKII  
DOCTORIS ET CVRLÆ PROV. SAXON.  
ADVOCATI ORDINARII  
PUBLICO AVDTORIO  
COMMITTONVM DISQVISITIONI  
SVBIICIT  
HENRICVS HEYDENREICH  
Tänstadio - Thuringus.

ad D. XXX. SEPTEMBR. MDCCXIII.

LITERIS VVERtherianis.